Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



XXIX.

ligationes impietatis;
solue fasciculos deprimentes,
Dimitte eos qui confracti sunt liberos; et omne onus
dirumpe. Frange esurienti
panem tuum; et egenos
vagosque induc in domum
tuam. Cum videris nudum
operi eum; et carnem tuam
ne despexeris. Tunc erumpet
quasi mane lumen tuum;
et sanitas tua citius orietur.
Et antibit faciem tuam
iustitia; et gloria domini
colligat te. Tunc invo-
cabis et dominus exaudiet;
clamabis et dicet, Ecce
adsum; quia misericors sum,
dominus deus tuus. GR. Unam
petij a domino hanc requiram ut
inhabitem in domo domini. V. Ut
videam voluntatem domini et pro-
tegar a templo sancto eius. TRACTUS.
Domine non est. Sm iohannem.
In illo t: d. i. d. s. Au-
distis quia dictum est anti-
quis diliges proximum tuum,
et odio habebis inimicum
tuum; Ego autem dico vob.
Diligite inimicos vestros;
benefacite his qui oderunt
vos, et orate pro persequentib)
et calumniantib) vos,
ut sitis filij patris vestri qui
in celis est, Qui solem
suum oriri facit super
bonos et malos; et pluit
super iustos et iniustos.
Si enim diligitis eos qui
vos diligunt; quam mer-
cedem habebitis? Nonne et
publicani hoc faciunt?
Et si salutaueritis fratres
vestros tantum; quid amplius fa-
citis? Nonne et ethnici
hoc faciunt? Estote ergo
et vos perfecti; sicut et pa-
ter celestis perfectus est. Atten-
dite ne iustitiam vestram
faciatis coram hominib)
ut videamini ab eis; alio-
quin mercedem non habebitis apud
patrem vestrum qui in celis est.
Cum ergo facis elemosinam
noli tuba canere ante te
sicut ypocrite faciunt
in synagogis et in vicis;
ut honorificentur ab hominib).

45